



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 58. Epistola ad Regem Salomonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

Sacræ Sedi scribis, fallacia verba astute componere? sed non desunt mihi suspicandi indicia, banc epistolam te auctorem non habere, cum ad eam deferendam nullum Legatum miseris, eique consuetus annulus tuus non sit impressus. Tertia Pontificis epistola ad Regem Carolum data est, & quarta ad Wulfadum ejusque Socios, qua hortatur, ne injuriæ sibi illatæ meminerint.

Sæculum IX.
A. C. 866.

p. 859.

Eodem mense Dec. anno octingentesimo sexagesimo sexto Papa, forte ut querelis Episcoporum Francorum finem poneret, data ad Aquitaniæ Proceres epistola ad restituenda Bona Ecclesiastica, ab ipsis detenta, addita comminatione excommunicationis, hortatur.

to. 8. Cone.
p. 501.

§. LVIII.

Epistola ad Regem Salomonem.

Epistolam ad Salomonem, seu Regem, seu Ducem minoris Britanniae, datam ad eadem tempora referre oportet. Hic Princeps Romam miserat Legatos cum epistola, ad quam Papa respondet in hunc modum: *Postquam in Tabulario nostro litteras exquisivimus ad causam Depositionis Episcoporum vestrorum, & aliorum bis Subrogatorum pertinentes, longe alia, quam quæ tu putas, invenimus. Nul-*

to. 8. Cone.
p. 509.
ep. 22.

Sup. lib.
XLVIII.
S. 44.

Hist. Eccles. Tom. XII.

P

ab

Sæculum IX. *ab Episcopis saltem duodecim cum suo*
A C. 866. Metropolitanano conjunctis. Quod vero
 spectat ad Giselardum & Actardum,
 quamvis hic erret, a Giselardo ordina-
 tos iterum ordinans, in Episcopatu ta-
 men prior fuit, confirmatus & laudatus
 a Leone Papa in epistolis ad Nomenoyum
 datis; Giselardus autem Usurpator vo-
 cabatur. Nempe a Leone IV. Giselar-
 dus vero ille est, quem Nomenoyus pul-
 so Actardo in Sedem Nannetensem intru-
 serat.

Grat. 7. q. 1.
 c. 10.

Tum Nicolaus Papa prosequitur: *Hæc*
ergo jam tibi facienda sunt. Omnes Epi-
scopos Regni tui ad Archiepiscopum Tur-
onensem, Metropolitanam suam, mitte. Illo
præsente, & Episcopis sufficienti numero,
causa illorum, qui pulsati sunt, discutiat.
Si eorum Depositio canonica fuit, valeat,
& in eorum locum subrogati permaneant.
Si vero Episcopi pulsati appareant innocen-
tes, Ecclesiis suis restituendi sunt. Si eos
ad Archiepiscopum Turonensem mittere
nolueris, mitte huc Romam Episcopos ex-
pulsos duos, & totidem Subrogatos cum
Oratore tuæ Dignitatis Vicario, ut ju-
dicare possimus, quinam Legitimi Episco-
pi sint. Cum vero etiam lis ferveat; quis
Episcopus Britannicæ Metropolitanæ sit;
quamvis nulla hominum memoria teneat-
tur, in vestra patria Ecclesiam Metropo-
litanam unquam extitisse, disceptatio com-
 poni

poni poterit, si pax tibi cum Rege Carolo fuerit. Si pacta locum habere nequeant, mitte ad nos, ut hunc articulum definiamus. *Æquum enim non est, ut Ecclesiæ, quæ pacem prædicat, Regum discordia noceat.*

Salaco Episcopus S. Maclovii, ex numero illorum, quos Nomenoyus eiecerat, cum ad Jonam Episcopum Augustodunensem se recepisset, eundem in Ministerio Episcopali adjuvit, anno octingentesimo sexagesimo quarto Translationi S. Reginae, quam Egil Abbas Flaviniacensis celebravit, interfuit, atque anno octingentesimo sexagesimo sexto e vita migravit. S. Convoyo Abbas Redonensis*, cujus mentio in historia istorum Episcoporum facta, post annos exinde duos, nempe quinta Januarii anno octingentesimo sexagesimo octavo defunctus est, & in Monasterio Plebelaniensi, a Duce Salomone fundato, sepultus.

Sæculum IX.
A. C. 867.

*Rotonensis.
Sup. lib. XLVIII.
§. 43.
ibid. p. 192.

§. LIX.

Litteræ in Causa Reginae Theutbergæ.

Nicolaus Papa haud multo post tempore epistolis ab Egilone Senonensi, & Adone Viennensi in causa Reginae Theutbergæ sibi redditis respondit. Regina Pontifici perscripserat, se libere & proprio arbitrio cupere Dignitatem Regiam & Lotharium relinquere, atque postre-

Sup. §. 48.